



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt alteria nisi sint lapidea chrismate non consecrantur. xxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ut altaria nisi sint lapidea chrismate non consecrentur. Cap. XXV.

Altaria si non sunt lapidea, chrismatis unguine non consecrentur. Ad celebranda autem diuina officia ordinem quem metropolitani tenent, comprouinciales eorum & obseruare debent.

Ex cōcil.
Epaonēsi
cap. 10.

Ut monasterium ad meliorandum in alium liceat ponere locum. Cap. XXVI.

Siquis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi & fratrum suorum, & dimittat presbyterum in priori loco, ad ministeria Ecclesie.

Ex decr.
Bonifacii
pap. c. 6.

Ut sine Missa Ecclesia non debeat dedicari. Cap. XXVII.

OMNES basilicæ cum Missa semper debent consecrari.

Ex decr.
Euarist.
pap. ca. 4

Ut episcopus nemine prohibeat Ecclesiam ingredi. & audire verbum Dei. Cap. XXVIII.

Vt episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hereticum, siue Iudæum, vsque ad Missam catechumenorum.

Ex cōcil.
apud Valēntias habito. c. 16

Ut populus qui conuenit ad Missam, antequam finatur non discedat. Cap. XXIX.

Item quum ad celebrandam Missam in Dei nomine conuenit populus, non antequam discedat, quam Missæ solennitas compleatur, & ubi episcopus defuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.

Ex cōcil.
Aracantensi ca. 1

De illis qui ecclesiastica habent beneficia. Cap. XXX.

Quicumque beneficium ecclesiasticum habent, ad restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas omnino adiuuent, & nonam & decimam reddant.

Ex cōcil.
Mogunt.
cap. 42.

De Ecclesiis apud barbaros constitutis. Cap. XXXI.

Ecclēas autem Dei in barbaris gentibus constitutas gubernari & administrari oportet, secundum consuetudinem que est à patribus obseruata.

Ex cōcil.
Constanti.
cap. 6.

De Ecclesiis Arrianorum. Cap. XXXII.

Ecclēas verò Arrianorum ubicunque inueneritis, catholicas eas diuinis precibus & operibus absque vlla mora consecrate: quia & nos quando fuimus Constantino-

Ex decr.
Ioā. 1. pa
episcopalis
hæreticis.